

**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère <1543-1623>**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 2. De actibus prohibitis 6. Decalogi præceptos Non concupisces  
vxorem proximi tui,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

## C A P V T I I .

*De actibus prohibitis nono Decalogi precepto, Non concupisces uxorem proximi sui.*

## S V M M A R I V M .

9. Concupiscentia rei venerae prohibita nono precepto, est in appetitu sensitivo mortaliiter malorum, per consensum voluntatis in eam.
10. Cogitationis seu delectationis mortale tres modi.
11. Peccata, que contra nonum Decalogi preceptum committuntur, matrimonio non obstante.
12. Explicatio difficultatis de delectatione oritur ex cogitatione copula coniugalis, siue peccatum mortale, siue in coniugibus siue in sponsis de futuro, siue in viduis.
13. Consensus in concupiscentia rei venerae cum est efficax, peccata confituit diversa speciei: non item cum est solumente simplex complacentia.
14. Id illustratur exemplis, ac quedam specialiter notatur de habente votum castitatis.

**N**ono Decalogi precepto, Non concupisces uxorem proximi tui; explicite quidem, ut haec verba satisficiantur, tantum prohibetur concupiscentia rei venerae; sed implicite prohibetur quoque concupiscentia voluptatum earum quae eandem venereat excitant: ut crapula, iuxta illud, quod Ezechielis cap. 16. vers. 49. in causas iniquitatis Sodomea ponitur saturitas panis; itemque ebrietas, iuxta illud ad Ephes. 5. Nolite inebriari vino in quo est luxuria: unde nobis propositum est in sequenti cap. 4. dicere de peccato gulæ (cuius species sunt crapula & ebrietas) per respectum ad ipsum preceptum nonum Decalogi.

Sciendum est autem concupiscentiam voluptatis venerear, alteriusve illicitæ duplarem esse; vna enim est solius voluntatis complacentia, qua hoc precepto non prohibetur proprie, quia sexto precedenti iam est prohibita: sicut quinto voluntas occidendi, & septimo voluntas furandi, altera vero est appetitus sensitivus concupiscentia, qua hic prohibetur proprie. Nam sicut precedentibus preceptis ostenditur quomodo voluntas humana debet actus exterioris dirigere: ita duobus postremis ostenditur quomodo eadem voluntas debet gubernare appetitum ipsum sensituum. In quo quamvis ratio peccati non habeat locum quatenus vnum rationis præuenit, tamen quatenus subiacet imperio voluntatis (iuxta illud Genes. 4. Sub te erit appetitus eius & tu dominaberis illius) in concupiscentiis ipsius peccatum mortale non minus esse potest, quam in exterioribus actionibus: nimis per voluntatis in eas consensum, qui hoc nono, & sequenti decimo precepto prohibetur per verba. Non concupisces: quorum proinde idem est sensus, ac illorum quae habentur Ecclesiastici 8. Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere.

Modi quidus peccatur contra nonum preceptum Decalogi.

## S E C T I O I .

**S**oleat autem eiusmodi peccatum à Theologis vocari cogitatio aut delectatio morosa. Contingit vero tuncbus modis. Primus est, quando ratio animaduerterit appetitum sensituum versari circa rem illicitam, & voluntas id approbat; tuncque vocatur cogitatio & delectatio morosa positiva, & aperte peccatum est mortale, quando illud, circa quod appetitus ipse versatur, res est mortaliter illicita. Quam esse communem Theologorum opinionem testatur Nauar. in Ench. cap. II. num. 9. Eos magno numero refert D. Salas 1, 2. tomo 2. tract. 3. disp. 6. sect. 4. num. 45. Probatur vero, tum per cap. Hinc etenim, §. Ponderosus, distin. 49. congruenter verbis Domini, Matth. 5. Qui videlicet moxieam ad concupiscentiam, iam moechatus est eam in corde suo. Tum etiam ratione, quia sicut peccatum est, exhibere membra exteriora seruire immunditiae, ex cap. 6. Epist. ad Rom. vers. 19. ita etiam est exhibere appetitum sensituum seruire immunditiae, perserfum cum idem appetitus, efficacius quam membra, promovat voluntatem.

Secundus modus est, quando prælucere intellectu voluntas huiusmodi illicitos motus appetitus sensitivus aduerterit, nec repellit: etiam si eos non approbet expresse: Etenim ut peccatum est illum approbare, sic & illum non impedire cum possit, ac tenearis; perinde scilicet ac peccatum est gubernatori, ut nauem submergere, sic & submerzionem illius non impedit cum possit, & teneatur. Tale peccatum autem vocatur cogitatio, irolo negatiæ. Quod vt sit mortale, tres conditiones requiruntur. Prima est, ut homo non obliteret sed plene aduerterat illud quod mente versat, esse malum legi Dei contrarium: ita ut semiplene tantum (et multo magis nulla ratione) ad id animaduerteret etiam si per integrum diem (ex Caet. in verbo Delectatio, sub initium, & Nauar. in Ench. cap. II. num. 9.) perseueret in eiusmodi cogitatione, non censematur peccatum mortale committere: præsertim si omnino reicias, aduerteret illius malitiam. Secunda conditio est, ut quis possit reprimere tales motus: nam si non possit, sufficit contumaciam ab eo adhiberi ad explorandum, an reprimere possit nec ne: ac comperto quod nequeat, censembit pati eosdem motus, non autem agere. A quibus nihilominus abhorre oportet, monente Sapiente Ecclesiast. cap. 21. Quasi à facie Colubrifice peccata. Tertia conditio est, ut eos si los motus primi teneatur: prout tenetur cum ad est periculum ne voluntas eis consentiat. Cum nostro conatu autem in ea re, necessarius diuinus auxiliu concursus est humilius implorans, per illud Psal. 6. Misericordia mei Domine quoniam inservi sum: aut illud Isaiae 38. Domine vim patior, responde pro me aliquid simile. Cetera ad hunc eundem modum spectantia, nota esse possunt ex dictis in præced. lib. II. cap. 5. & lib. 15. cap. vlt. obseruat. 6.

Tertius modus est quando quis delectationem desiderat sub conditione licita, delectaturq; interea. Quamvis enim desiderium non si cunctum illicitum: delectatio tamen consequens, est plane illicita: vt cum quis cogitat si illa mulier non nupsisset, acciperem illam in uxorem, & interea delectatur in illius concupiscentia. Ratio est, quia desiderium quidem admittit conditionem, cum futura etiam, & absentia desiderentur: sed delectatio est se absoluta, ac sine villa conditione: cum homo nonnisi de praefenti delectetur. Eadem ratio est, cum vidua cogitat de aetib; coniugij præteritis, vel maritus de uxore absente. Quamvis enim liceat desiderare huiusmodi actus matrimonij absentes: tamen si consurgat delectatio, non quidem absens, sed iam præsens in appetitu, oportet illa recurre tanquam alienam ab honestate coniugal; prout docimus in cit. cap. 5. regula 6. & late tractat Sanchez in lib. 9. De matrimonio. dis. 44. & 47. Ex quo pro praxi de peccatis quae non obstante matrimonio contra nonum preceptum committuntur, addenda sunt nonnulla: si prius obliter monuerimus posse aliquos ab eiusdem precepti transgressione mortali excusari per ignorantiam probabilem: propterea quod concupiscentia per ipsum prohibita malitia, naturali ratione difficulter cognoscitur: prout satis indicant illa D. Pauli verba ad Rom. 7. Concupiscentiam nesciebam, nisi diceret lex: Non concupisces. Quocirca si quis vel retinuit turpes cogitationes, vel delectatus est in eis, existimans non esse peccatum mortale, siue sciuisse esse, nullatenus censesset, excusat à peccato mortali. Postquam tamen admonitus est, defistere tenetur sub peccato mortali.

De peccatis que contra nonum Decalogi preceptum committuntur, matrimonium minime obstat.

## S E C T I O I I .

**M**atrimonium spectari potest, vel vt præsens vt in coniugibus; vel vt præteritum, vt in viduis; vel vt futurum, vt in sponsis de futuro. Non obstante igitur matrimonio, contra hoc preceptum peccat mortaliter coniux, qui in aetate coniugal delectatur carnaliter in alterius viri, aut feminæ cogitatione, qua cogitat se ei copulari. Ita habet ex D. Anton. 3. par. tit. 1. cap. 20. §. 1. & ex Sylvestro in verbo Debet, quæst. 2. Ratio vero est, quia egreditur in eo limites matrimonij; & ideo peccatum luxuriae committit eius speciei, cuius est illud quod committeret si carnaliter copularetur cum persona taliter cogitata: actus enim internus & externus eiusdem speciei sunt, cum tendunt ad idem obiectum, neque ex circumstantiis est varietas.

Quamvis